



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De presbytero qui se deprehenderit non esse baptizatum. Ixxiiii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

ni si præoccupante morte tentauerit, pro temeritatis ausu
ipse in se suæ damnationis protulisse sententiam manife-
statur.

*Vt presbyter in sua plebe sine chrismate ire non
debeat.* Cap. LXXIII.

NVillum presbyterorū in plebe sibi commissa sine chris *Ex cōcil.*
mate vñquam debere progredi: quia inter nos p'a- *Vasensi,*
cuit semel in baptismate chrismari. De eo autem qui in ba- *cap. 5.*
ptismate quacunque necessitate faciente non chrismatus
fuerit, in confirmatione sacerdotis perficietur.

*De presbytero qui se deprehenderit non esse bapti-
zatum.* Cap. LXXIIII.

SI quis presbyter ordinatus deprehenderit se non esse ba *Ex cōcil.*
ptizatum, baptizetur & ordinetur iterum, & omnes quos *apud Cō-*
prius baptizauit. *pendium,*

De presbyteris quomodo in cena domini de chrismate, *cap. 5.*
de oleo sacrificato, de oleo infirmorum facere
debeant. Cap. LXXV.

VT presbyter in cena domini ampullas tres secum de- *Ex cōcil.*
ferat, vnam ad chrisma, alteram ad oleum ad cate- *Meldensi*
chumenos inungendos, tertiam ad infirmos iuxta senten- *cap. 1.*
tiam apostolicam, vt quando quis infirmitur inducat pres-
byteros Ecclesiae, &c.

De eadem re. Cap. LXXVI.

PResbyteri qui diœcesanæ Ecclesiæ regunt, non à qui- *Ex cōcil.*
bus libet epis copis, sed à suo, nec per iuniorem cleri- *apud V4.*
cum, sed per seipso, aut per illum qui eiusdem ordinis sit, *lentias,*
ante P alchæ solennitatem clarisma petant. *cap. 2.*

De eadem re. Cap. LXXVII.

VT nemo episcoporū, vel quilibet minister Ecclesiasti- *Ex cōcil.*
cus, propter sacrum chrisma aliquid muneris accipiat, *Meldensi,*
neque denarios, vel quælibet munuscula, qua per ministros *cap. 5.*
episcoporum, à presbyteris inordinabiliter exiguntur.

De eadem re. Cap. LXXVIII.

PEr singula territoria presbyteri vel ministri ab epi- *Ex cōcil.*
scopis nō prout libitum fuerit à vicinioribus, sed à suis *Vasensi,*
propriis per annos singulos petant chrisma, appropin- *cap. 10.*